Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Alia eiusdem generis pro Parochis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

Visual Library

qđ ipſe debes, id omne in Eccleſia præſtet. Nec ex ipſis præfinitis diebus quibus celebrare teneris, tibi liceat diem etiam vnum ſubtrahere, ſiue cauſa voluptatis, ſiue te ad aliã Eccl. transferẽdo.

Miſſæ ſacrum ne facias ſine miniſtro clericali habitu induto, eoque decenti, ad præſcriptum noſtrarũ conſtitutionũ.

Stata hora, quam deputatus noſter pro temporis ratione præſcripſerit, Miſſæ ſacrum facies.

In libro, Miſſis quæ celebrantur in ſingulos dies annotandis conſtituto, manu tua ſingulis itẽ diebus q̃bus celebrabis, ſubſcribes, aliter nulla habeat ratio.

In illo Altari Miſſæ ſacrum facies: quod ſi in alia feceris, abſque noſtro, ſeu Deputati cõſenſu ac permiſſu, perinde in eleemoſina percipienda cenſearis, ac ſi munus quod debes, non præſtiteris, ex præſcripto Concilij Prouin. Quarti.

In hebdomada tua, alijſque diebus, quibus, aut pro tuo canonicali munere debes, aut ſponte pro alio Canonico tibi celebrare contigerit, huic muneri ſuſcepto ne deſis; ſed per alium Sacerdotem præſtes. Idem facies, ſi alio iure, puta funeralium, ſiue anniuerſariorum celebrabis.

Has autem noſtras literas per . . tantummodo tibi ſuffragari volumus. Dat. &c.

Alia eiuſdem generis pro Parochis.

CAROLVS &c. Dilecto nobis in Chriſto N. Expoſuiſti nobis, te neque pij legati, neque vllius eiuſmodi obligationis nomine, aliave cauſa, in vlla quauis Eccleſia, præterquàm in Parochiali, vbi Miſſæ ſacrũ facias, curæ tantùm parochialis munere obſtrictũ eſſe. Nos igitur tibi, vt aſſeris, ſic tãtùm obſtricto, Eccleſię tuę parochialis prouentuũ, qui ſummã librarum . . . ſicut affirmas, non excedunt, ratione habita, cognitaq; per examen tua & literarum intelligentia, & ſacrorum cæremoniarũ peritia, his noſtris literis facultatẽ damus ſuſcipiendi munus Miſſæ ſacrum faciendi in Eccleſia S. N. in Altari S. N. per hebdomadam diebus . . . debitum ex . . . Quam ſanè facultatem tibi concedimus his conditionibus infra adſcriptis.

Quæ de Miſſæ ſacro ritè faciendo editis inſtructionibus decreta ſunt, diligenter integreq; ſeruabis.

Decentem habitum clericalem, & coronam, ad præſcriptũ Conciliorum noſtrorum, vbiq; ſemper deferes.

Pro eleemoſina nihil amplius quouis prætextu ob huiuſmodi Miſſæ ſacrum faciendi munus hac facultate noſtra ſuſceptum percipies, quàm librarum . . . ſummam.

Eamque nonniſi cùm mandato ſyngrapha ve eius, cui hanc curam dederimus, ſigillatim exiges.

Diebus ſingulis ſupra pręfinitis, ſuſceptum Miſſæ ſacrum faciendi munus pręſtabis: nec verò alibi ijs ipſis diebus Miſſæ ſacrum facies, etiã ſi illius faciendi munus non ſuſcipias; niſi aliquando de illius, cui id curæ commiſerimus, cõſenſu, in locum tuum, ob legitimum impedimẽtum, etiam infirmitatis, quo detinearis, Sacerdotem alium antea ſubſtitueris, qui pro muneris à te ſuſcepti ratione, quod ipſe debes, id omne in Eccleſia præſtet. nec ex ipſis præfinitis diebus quibus celebrare teneris, tibi liceat diem etiam vnum ſubtrahere, ſiue cauſa voluptatis, ſiue te ad aliam Eccleſiã transferendo.

Miſſæ ſacrum ne facias ſine miniſtro clericali habitu induto, eoque decenti, ad præſcriptum noſtrarũ Cõſtitutionũ.

Stata hora, quam Deputatus noſter pro temporis ratione præſcripſerit, Miſſæ ſacrum facies.

In libro, Miſſis quæ celebrantur, in ſingulos dies annotandis conſtituto, manu tua ſingulis item diebus quibus celebrabis, ſubſcribes; aliter nulla habeatur ratio.

In illo altari Miſſæ ſacrum facies: quod ſi in alio feceris, abſq; noſtro, ſeu Deputati cõſenſu ac permiſſu, perinde in eleemoſina percipienda cenſearis, ac ſi munus quod debes, non præſtiteris, iuxta præſcriptum Conc. Prouinc. Quarti.

Has autem noſtras literas per . . . tantummodo tibi ſuffragari volumus. Dat. &c.

For-